

Band I., Nr. 39, Seite 41-42

Rihpert und seine Gemahlin Kebasinde geben Güter samt genannten Unfreien im Purihdingagau in den Orten Dürbheim und Spaichingen unter genannten Bedingungen an das Kloster St. Gallen.

Schörzingen, 791. November 15.

(Chr.) In dei nomine. Perpetrandum est unicuique, quod evangelica vox admonet, dicens: date et dabitur vobis. Igitur ego Rihpertus et coniux mea Kebasinda, tractantes pro dei amore, vel remedium anime nostrę, vel pro aeternae retributione, ut aliquid de conquesito nostro ad loca sanctorum dare deberemus, quod et ita fecimus. Propterea donamus atque transfundimus pratum unum ad carradas XII in pago, qui dicitur Purihdinga^a, in villa Dirboheim, et in alia villa, qui dicitur Speichingas, de territorio nostro solum unum, et iurnales XII et mancipia III his nominibus: Reginfrid, Uso, Uuinburc ad monasterium sancti Gallonis, qui constructus est in pago Turgaugense, et in fine Arboninse. In ea vero ratione, ut inde annis singulis censum solvamus, et si unus e nobis alterum supervixerit, tempus vite suae ipsas res possedendo censum solvere liceat. Et si mihi deus de supranominata coniuge filium dederit, et ipsas res ad se recipere voluerit, similiter subter denominatum censum solvat, id est, X modios de annona, et in unaquaque aratura iurnale unum arare, et cum semine nostro siminare. Si quid vero, quod fieri non credo, si ego, quod absit, aut ullus de heredibus meis vel proheredibus, aut ulla opposita persona, qui contra hanc cartam traditionis, quam ego spontanea voluntate fieri rogavi, veniri, aut eam infringere voluerit, non solum quod ei non licet, sed damnum incurrat, id est, tantum et alium tantum, quantum carta ista continet, de rebus suis ad ipsum monasterium restituat, et sociante fisco multa componat, id est, auri untias unam et argenti libram unam coactus exsolvat, et quod reppetit nihil evindicare valeat, sed cartula haec presens omni tempore firma et stabilis permaneat, cum stibulatione subnixa. Actum in villa Scarcingas, publice, presentibus quorum hic signacula continentur. Signum + Rihperto auctore, qui hanc cartam fieri rogavit. signum + Sigurihi. signum + Ebruini. signum + Erlofridi. signum + Muatini. signum + Uuolfpreht. signum + Reginharti. signum + Ruadprehti. Ego itaque Uuoluuolt presbyter, anno XXIII. Caruli regis, die Martis XVII. Kalendas Decembris, scripsi et subscripsi. (*Rekognitionszeichen.*)

Der Textabdruck folgt dem Original.

^aDie Silben *dinga* verbleicht und daher nicht eindeutig zu lesen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stiftsarchiv St. Gallen

Signatur/Titel des Originals:

Urk. St. Gallen I. 113

Editionen:

Codex traditiones monasterii S. Galli. Traditio paulo post mortem S. Galli facta, [Sankt Gallen] [circa 1700], S. 74. Neugart: Codex diplomaticus, Bd. 1, Nr. 116 (Auszug). HERMANN WARTMANN (BEARB.): Urkundenbuch der Abtei Sankt Gallen, 4 Bde., Zürich und St. Gallen 1863-1899 [unveränd. ND Frankfurt am Main 1981], Bd. 1, Nr. 130, S. 122 f.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Schörzingen

Ortsindex:

Arbongau
 Dürbheim Wohnplatz (14039)
 Dürbheim, TUT
 Purihingagau
 Schörzingen Wohnplatz (16532)
 Schörzingen, Schömberg, BL
 Spaichingen Wohnplatz (14153)
 Spaichingen, TUT
 St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz
 Thurgau